

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne I.U.D. & Prof. Ad Festum
Sancto Spiritui Sacrum Pie ac iuste celebrandum Omneis Cives Academiae serio
commonefacit : [P.P. ... anno salutaris Gratiae M.DC.LI.]**

Rostochii: Kilius, [1651]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833733>

Druck Freier  Zugang



R.U Progr. 1650

- 1) Joach. Stockmann
- 2) Johannis. Stockmann
- 3)
- 4) Caspar Maunius
- 5) Augus. Varenius
- 6) Joach. Stockmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734833733/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833733/phys_0002)



22
2

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE
J.U.D. & Prof.

^{AD}
**FESTUM
SANCTO SPIRI-
TUI SACRUM**

Piè ac justè celebrandum
Omneis Cives Academiæ seriò com-
monefacit.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.



Vid ipse sanctus Spiritus admirando suo
adventu sanctum fecit FESTUM; qvod
sacrosancta Ecclesia ubiq; terrarum effu-
sa lætitia celebrat: id ut etiam Nobis san-
ctum ac solenne occipiat & terminetur,
faxit DULCIS HOSPES ANIMÆ, DULCE
REFRIGERIUM! Qui optimas qvasq; lingvas olim
ipsa hac Pentecostes die unicuiq; Christi Amicorum in-
sidens nobilitavit, omnium viventium singulare decus
(ut Augustino loqui placuit) sanctum Spiritum hac luce
omnium clarissimâ, nulla taceat lingya; omnium ora lau-
dibus efferant; devoto cultu vocatum excipient. Qvum
post populi Israelitici ex Ägypto discessum DEUS Opt.
Max. duarum tabularum leges promulgaret, ipsius popu-
lus visis fragoribus, fulgetris, clangore tubæ, ac montis
fumo perterritus abscessit, ac proculsans, à Mose, ut ipse
audientibus loqueretur, non DEUS, ne morerentur, pe-
tit. At, novi T. tempore, alterius Pentecostes Festo, san-
ctus Spiritus, ut qvondam columba evulsum olivæ foli-
um rostro ferens, ac Noæ arcæ ingerens, Charitatis ac
divinæ Clementiæ Nuncius non de cælo locutus, sed in-
de qvasi vehemens flatus rucis suo amore, qui qvantus
qvant? Amor, & ignis est, novi Federis Candidatos reple-
vit, lingvarum variarum excellentiâ ornavit; ac blandè
ad ipsos per interpretem suum differuit, atq; ad Paradis-
um rectâ ducentem semitam ostentavit. Exultemus
& lætemur hocce remissionis ac indulgentiæ Die; hospi-
tia paremus, portas pandamus Patri pauperum, ac Datori
munerum, cujus beneficia tanta, ac tam varia sunt, ut ea

VIX

vix humanæ mentes capere, nedum linguae, calamiq; ex-
primere sustineant. Hoc qvamvis compertum habeā-
mus, nostri nihilominus officij satacturos qvædam in
medium proferre necessitas jubet, qvibus vestros, CL-
VES ACADEMICI, animos ad tantarum rerum mo-
numenta hisce feriis religiosè ponderanda emolliamus.
ac huic solennitati debitam observantiam vindicemus.
Ne tironem qvidem sacrarum literarum, credentium Pa-
ttis promta fugere potest alacritas, qvum apparuisset JE-
HOVA. in quereto Mambræ ad januam tabernaculi
per æstum diei sedenti, qvomodo tribus viris sese ei ex
adverso sistentibus obviam occurserit, eisq; summissè
salutatis, ne præterirent servum suum, obsecrārit, obla-
taq; lavandis itinerantium pedibus frigidâ, quietem ac
panis frustum ad recreandos animos ipsorum pollicitus
sit, atq; hi precibus locum rogantis dederint. Oculos,
ô boni, illuminatæ mentis tollite, hospitem præsentem
advertisite ac reveremini, à qvo Pax, Gratia, Fides, ac
fidei coronis æterna Felicitas, si usq; ad vitæ terminum
perseveraveritis, in vos conferentur. Svave nomen
Pacis, nec injuriâ ipsa à sanioribus qvibusq; talis semper
habita, unde non inelegans Vates:

— Pax optima rerum,
Qvæ homini novisse datum est; pax una triumphis
Innumeris potior; pax custodire salutem,
Ac cives æquare potens.

Verum, immensis parasangis, qvam supra Spiritus sancti
donum esse indigitavimus, Pacem istam antecellit: qvip-
pe DEI illa, & à DEO omnem mentem exsuperans, hæc
hominum, & ab hominibus, fragilis, lubrica, ac qvæ elu-
ditur, qvum illis lubet. Experimur, ac dolemus,

— Qvo pacto soleant perplexarier.
Pactum non pactum est, non pactum pactum est.

A 2

Qvalem

Qualem pacem serio noster Servator detestatur, ac suam
non ejusmodi futuram in concione illa luculentâ, quâ
sanctum Spiritum discipulis promisit, adstruit, pa-
cem, inquiens, relinquo vobis, pacem MEAM do vobis;
non quæ madmodum MUNDUS dat, Ego de vobis.
Justificati fide, pacem habemus cum Deo, gentium Do-
ctorate teste. Fruetus Spiritus est Charitas, gaudium, pax,
ejusdem suffragio. Augustum sanè duobus ab A.A. pro-
fectum elogium in Codice Justiniane radiat. Advocati, qui
dirimunt ambigua facta, causarum, suæq; defensionis viribus, in rebus sœpè pu-
blicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus provident huma-
no generi, quâm si præliu ac vulneribus patriam, parentesq; salvarent. Mi-
litant causarum patroni, qui gloriose vocis consili munimine, laborantium spem,
vitam, & posteros defendunt. Cujus in præsentia temporis memi-
nimus, cum Spiritus sanctus etiam Advocati nomen
sortiatur, & munus obeat. Advocatus, ait Christus, san-
ctus Spiritus, quem mittet Pater meo nomine, is vos do-
cebit omnia. Qvò autem officij hujus præstantia ac
necessitas fiat illustrior, draconem illum magnum, ser-
pentem antiquum, qui Diabolus ac Satanás appellatur,
totum orbem decipientem, ac cæli heredes apud Deum
dies ac noctes accusantem, paulisper disceptantem au-
diamus. Is Tentator impudentissimus homuncionem
aliquem suorum delictorum molem expavesceret, ac
ideo de gratia Dei ambigentem, ignitis suis telis petere,
ac metu exanimatum præcipitare in orcum nullus
subterfugiat. Non possum non, omnium auxilio destitute
Mortalis, tuum criminâ tua etiam atq; etiam extimescen-
tis, ac de divina misericordia dubitantis propositum
probare. Scriptum est enim, execrabilem esse, qvictuq;
non steterit omnibus in Legis libro scriptis, eaq; præsti-
ferit. Quid est homo, ut purus sit? ut sit insons, muliere
natus? Deus ne sanctis suis quidem fidem haber, nec cæ-
lum

lum ipsum ejus iudicio purum est : nedum abominandus
& spurcus homo, qvineqvitiam effuse imbabit. Tu dege-
ner ille filius es , qvi in cælū, ac aduersus pātrem cælum
habitantem peccasti , ut jam non sis dignus , qvi dicare
ejus filius. Delicta tua tuum supergressa caput, te qvafsi
grāve qvoddam onus opprimunt, adeoq; capitis tui ca-
pillos superant. Major est tua culpa, qvam ut remittatur.
Nec est qvod in Dei clementia qvicqyam solatii superstes
existimes: nam DOMINUS est ignis consumens, cujus
ira ex improviso prodiabit, atq; tu ultionis tempore peri-
bis. Multò minùs latronis Christo commorientis inopi-
natā prosperitate erigare. Scias enim, Christum ex mor-
tuis excitatum, non jam moritum, nec morti obnoxium
futurum, ita ut tu cuni Ipso istius instar denuo mori,
ac ab infelice arbore in Paradisum possis tendere. Pæni-
tentia sera, raro vera. Si justus ægre servatur, impiger &
improbus ubi comparebit? Qvis igitur te, ah miser, son-
tium omnium coryphaeum ab istius mortis corpore libe-
ret? Age, actutum id, qvod postea est agendum tamē
me autore, agito. Non spera, nec respira, verū, uti
Franciscus qvondam Spira, ob tua crima despera. Ad
restim cum Achitophele ac Juda, eisdem, qvibus tu, con-
scientiae laniatibus excarnificatis, propra. Ensem, for-
tissimum bellatorem Saulum imitatus arripe, ac tandem
miseriarum tuarum, tui misertus ipsem̄, qvum Deus, à
qvo tua te peccata disjungunt, nolit, finem matura. In
eiusmodi acerrimo conflictu nisi ille præstantissimus
Præses consilii ac auxiliū disputanti ac æstuanti homini
copiam suppeditet, actum cum eo est, perit vicitus. Ope-
ræ igitur preciu est, ex Ipsius armamentario depromtam
armaturam respicere, ac qvo pacto adversus Spiritum
malitiæ eā, percusso ab adversario instruere conve-
rit, attendere. Qvicum certamen ingravescere advertit

ādeō, ut ægrē simū sustinendo, haut tardat, haut de sup-
petiis ferendis deliberat, sed promptissimus nos propug-
natum adyolat. Confide, fili, qvid te dejicis? qvid adeō
turbaris? Spem habe in DEO, qvem celebrabis, p̄a sen-
tēm consecutus ab eo salutem. Noli versutissimi Syco-
phantæ fidem cavillationibus adhibere, qvi Meo Verbo
ad te decipiendum mirè ac miserè abutitur. Mendax est,
ac mendacijs pater. Eadem ratione, qvi te preciofo san-
guine suo redemit, qviq; Me misit, Christum interris
degentem adortus est. Sed irrito conatu. Ab eodem tuo
Doctore & duce hostiles ictus disce exire & excipere.
Scriptum est etiam, responde: Christus nos à Legis exe-
cratione asseruit, factus pro nobis execratio, ut ad gen-
tes felicitas Abrahamica perveniat per Christum Jesum,
ut promissum Spiritū adipiscamur per fidem. Scriptū
est iterum: qvò plus peccati est, eò magis excellit gratia,
ut, qvemadmodum morte regnavit peccatum, sic gratia
qvoq; per justitiam regnet ad sempiternam vitam per
Jesum Christum. Degener eqyidem sum filius, & de-
gener illo pejor (confitebor enim peccata mea,
ut mihi Deus peccatorum veniam dēt, meq; ab omni
culpā expiat) interim, cūm peccasse p̄eniteat, ac
veniam precatum eam, cælestis meus parens procul ad-
huc absentem conspicatus, dolentis & suspirantis mife-
rebitur, ac humanissimè amplexus filiū reducem de oscu-
labitur. Exorabilis & misericors Deus, non me ayersabi-
tur, quoniam ad Eum redii. Αγώ mihi opus, ô Satana ho-
micina, non βέχω. Mihi etiam Αγό ille salutis missus
est, ut credens in eum non peream, sed vitam sempiter-
nam obtineam. Ac, qvamvis inter fontes principem lo-
cum occupem: certa tamen, & omni approbatione digna-
res, Jesum Christum in Mundum venisse servatum Mun-
dum, ideoq; mihi tributum iri misericordiam, ut in Me in
primis

primis Christus Jesus summam exerat clementiam. La-
queum igitur, ense inq; appreenderint, qui thronum
gratiae contempsere; cum Juda & Spira desperarint, qui
sperare noluere, vasa iræ ad exitium comparata: Ego p̄-
clarum certabo fidei certamen, vitam prehendam sem-
piternam, ad quam vocatus sum. Video ac novi, quim
à morte hujus corporis, à Te, à Me asserturus est (quem
tu, Sophista, tuis artibus usus me celare gestiebas) Vin-
dicem. Deo gratias ago, qui mihi victoriam dedit per
Dominum nostrum Iesum Christum. O Advocatum
potentem ac fidelem, cuius ope & consilio de Calu-
mniatore vaferrimo triumphare possumus! Hujus instin-
ctu, bona Spe pleni in Cælum suspicimus, ac Cæli Con-
ditorem affamur: Tu pater noster es. Nam Abraham nescit nos, neq;
Israel agnoscit nos, Tu, Jehova, parens, tu vindex es noster, nomine præditus
antiquo. Propheta Zacharias Spiritum Gratiae ac depreca-
tionum ipsum nuncupat; quod nescientibus nobis quid
oremus, ut fieri debet, ille pro nobis supplicet gemi-
tibus ineffabilibus, D. Apostoli Pauli sententiâ.
Ceterum, inter divinas sancti Spiritus operationes, quas
Apostolus I. ad Corinth. cap. XII. recenset, in apice eti-
am haec collocatur, quod nemo JESUM possit DOMI-
NUM dicere, nisi per Spiritum sanctum. Ubi loci exerte
Fides ejusdem donum nuncupatur. DEI opus est, ait
Sospitator, ut credatis in eum, quem ille misit. Denique,
ne Pace illa cœlesti, ne Gratia, ne Fide excidamus unquam,
consignamur Spiritu illo promissionis sancto. qui est
pignus hereditatis nostræ, ad servandam partam posses-
sionem, quæ res ei gloriofa laudem parat. Quid agemus,
viri fratres, pia corcula rerum divinarum amplitu-
dinem Christi XII. Legatos suis peregrinorum linguis
eloquentes audientia ipsos percontabantur? Qyibus re-
liquorum nomine Petrus: ad frugem redite; baptizamini
cuncti

cuncti in Iesu Christi nomine ad peccatorum veniam: atque ex perverso
hominum genere evadite; ac donum sancti Spiritus allequemini,
Dicatum etiam Nobis, sancti Spiritus templis, &, quod praesens est Fe-
stum, dignè concelebraturis, putemus. Oremus hac solennitate, & post
eam etatem cum magno Rege:

Cor mihi rectum, scelerisq; purum,
Opotens rerum genitor, refinge.
Spiritum firmum renova novata

Cordis in aula.

Neu mihi avertas faciem, tuoq;
Arceas vultu procul, auferasq;

SPIRITUM SANCTUM calidâ incitatus
Rursus ab irâ,

Graviter, ut omnia, eloquentissimus Ecclesia Græcus Doctor Nazianze-
nus cohortatur: Χειρῶν ἔργον ἀπεισοῦ εἰς ἐργάρον αὐτὸν ἀείρετον

Ἄγνασ, καὶ πηρελεῖν θορεοσι λιτᾶς.

Amemus DEUM & proximum, exemplò novellæ Ecclesiæ primoribus
suò præludentibus, quos ὁμοθυμαδὸν sibi convixisse iteratò Autor omnis
CONCORDIÆ & PACIS nobis literarum monumentis per D. Lucam
Apostolum, qui quæ vidit ac audivit locupletissimus testis annotavit, ut
imitemur, consignandum curavit. Audiamus verbum DEI, istius, quod in
Actis Apostolicis commemoratur, memores: adhuc Petro verba hæc lo-
quente, invasit Spiritus sanctus omnes eam orationem audientes. Loquamus
linguis nostris magnifica DEI facta; non eis proximum execremur, néve
sævam illam viperam Calumniam procreemus. Quod si quandoq; no-
stræ oblii vocacionis eà ratione exorbitemus, exemplò ad Nos, id est,
ηγεμονικὸν nostrum (quod excellentissimus Philosophorum Epictetus
nuncupat, ac, ne lèdamus, sedulò præmonet) reversi, γλῶσσα, γλῶσσα,
τῆς βαδίζετ; nobis suggeramus, ac sic constanter CHRISTIANI
vocari ac esse annitamur. Quæ ut gnaviter à nobis fiant, cælesti
suo Numine faxit consolator optimus!

P. P. ipsa sancti Spiritus principe feriarum, anno salutaris
Gratiæ M. DC. LI.

•(0)•
8



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734833733/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833733/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734833733/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734833733/phys_0012)



nis & responsionis, quae est de homine
 alissimam mortem, seu אַיִלָּנוּ conciliando per illam mortem D E C
 רְחִמָּתְךָ הָרְבָה
 illorum scilicet, et sic επιστολής, mentione & applicatione magnificā,
 propter Dominum, & triplicati אַרְנֵת dentiā, tum ex עַד מִנְחָתֶךָ עַד quod non
 piatorii ac propitiatorii sacrificii JE moriam supplicant & intelligentissimo tori Danieli vel solā suggerere ceremoniā
 tamen posse 52. demum septim. בר להшиб כ-434. annos illa כָּרִיתוֹתְךָ המשיחָה futura
 gai, uter 400 adhuc supereffent anni, id tam
 habet: Malachia idem intervallum pro exi-
 mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila
 Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus:
 Sic ad eandem filiam Zion & domum
 conspirabant duo potentissimi Reges, Feschaja
 timero קָשָׁר וְהַשְׁמָר contine te, & fi-
 lis esto: irritum erit & inane hostiu-
 lat pro domo Davidicā Immanuel na-
 & Davidicā stirpe: hoc ergo non erat
 vidicæ vobis firmamentum & signum
 concipiet, & pariet filium, & vocabis
 men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum
 us angustiam majestatica unius Esiae p-
 totius Prophetæ Thema generale spe-
 הַמִּלְלָתֶךָ: In solo Messia ex domo
 ejusq; spirituali æterno & majestatico
 lo corporali vel Judaico vel Israelitic



the scale towards document

per re-
 & re-
 tum ex
 האַלְמָנָה
 ati Dei
 ne evi-
 nici ex-
 TI me-
 scruta-
 us. Et
 seu posse
 Chag-
 nodico
 & mox,
 וְאַתָּה
 תִּבְרָא
 us funus
 וְאַתָּה
 inquit,
 anqvil-
 וְאַתָּה
 : vigi-
 Virginie
 us Da-
 rgo illa
 וְאַתָּה
 על נ-
 gramma-
 rive enim
 הַכּוֹנָה
 scendo,
 וְאַתָּה
 in ul-
 rum or-
 bis